



Disputatio juridica inauguralis de contrahenda emptione

<https://hdl.handle.net/1874/342134>

32.

D I S P U T A T I O J U R I D I C A
I N A U G U R A L I S ,
D E

CONTRAHENDA E M P T I O N E ,

DIVINO ^{O V A M ,} FAVENTE NUMINE
Ex Autoritate Magnifici Rectoris,

D. M. JOANNIS LUYTS ,

Philosophiæ Doctoris, ejusdemque Facultatis in Inclytâ Academiâ
Ultrajectinâ Professoris Ordinarii ,

U T E T

Amplissimi Senatus Academici consensu , Nobilissimeque

Facultatis FURIDICÆ Decreto ,

PRO GRADU DOCTORATUS ,

Summisque in UTROQUE JURE honoribus & Privi-
legiis rite , & legitimè consequendis ,

Eruditorum examini subjicit ,

F R A N C . S O R G E L O O S , Flissinga Zelandus.

A. D. 10. Sept. hora locoque solitis.



T R A J E C T I ad R H E N U M ,

Ex Officina FRANCISCI HALMA , Academiæ
Typographi , d^o Octo LXXXVIII.

D E O
P A R E N T I

Omnibusque Jurisprudentiæ

CULTORIBUS.

Me meamque Disputationem

Offero

FRANC. SORGELOOS, Auct.



DISPUTATIO JURIDICA

INAUGURALIS,

D E

Contrahenda Emptione.

THEISIS I.



Ntequam hanc Nobilissimam atque
usu frequentissimam materiam aggredi-
dar, primo exponenda venit ejus origo,
quam à permutatione habet *l. 1. f. b. r.*
olim enim nullum inter hos Contractus
erat discriminus, nec aliud merx, aliud
pretium vocabatur, inutilia utilibus,
quæque uni supererant alteri deerant,
permutabant; propter magnam autem
permutationis difficultatem & inæqualitatem nummus inventus
atque Emptio introducta est, quod quoque docet *Arist. 5.*
Ethic. 5. ubi nummum ait, hominum instituto factum esse:
idem in *d. lib. 5.* eum vocat sponsorem in Casum futuræ indi-
gentiæ.

A 2

II. Ex.

4 DISPUTATIO JURIDICA

I I.

Exposita breviter emptionis origine, haud abs re erit, ut in vocis derivationem inquiramus, quam à Græco verbo ἐμπόνος (quod est meum) habere videtur, emere eum veteribus dicebantur, qui sive rem sive usum rei suum faciebant, atqui sic Emptionis vocabulum sumitur pro quavis rei alienatione l. 23. §. 1. ff. de liber. causa. & in l. 29. §. 1. ff. de stat. lib. aliquando etiam pro Emptionis instrumento l. 2. C. qua res pign. oblig. Venditio autem componi videtur à *venum* & do : Hic Contractus vocatur Emptio venditio, quia in eo duplex ac diversus actus considerandus est, vel ex parte ejus qui pecuniam dat & ille vocatur emptor vel ex parte ejus, qui rem tradit & vocatur vendor; & quanquam hi duo unum contractum constituant & emptor sine venditore & contra vendor sine emptore esse non possit, nihilominus differunt l. 1. Inf. ff. b. t. & l. 1. ff. de rer. perm. nec huic refragatur, quod Gaius dicit in l. 19. ff. de act. empt. veteres in Emptione venditioneque, appellationibus promiscue utebantur. Nullo enim modo ibi vult dicere, quod is emptor dicatur, qui vendit & vendor qui emit, sed hoc vult dicere, veteres saepissime uno verbo seu Emptionis seu venditionis totum contractum significasse, quod etiam patet ex inscriptione h. t. nonnunquam tamen emere pro vendere dicitur & vice versa, sed rarissime ut in l. unic. C. si serv. ext. & l. 7. §. 4. ff. pro empt.

I I I.

Definitur itaque emptio & venditio, quod sit *contractus Juris Gentium consensu constans*, de re acquirenda certo pretia dixi quod sit *Juris Gentium* l. 1. §. fin. ff. b. t. quia non tantum apud Romanos, verum etiam apud alias gentes in usu fuisse, constat: uti apud Ebræos, quod satis docet S. S. Levit. 25. sic etiam legimus Abrahamum emissæ sepulchrum ad sepelendam

dam uxorem suam Saram *Gen. 23. v. 9.* & seqq. item Plutar-chus scribit in Solone, quod apud Athenienses, ante Solonis *tempore regestis* non tam lege, quam moribus populi licebat liberos vendere: de aliis gentibus vide Stobæum *tit. delegib. ex Theophrasto. Consensu constans inp. & §. 1. Inst. de oblig. ex cons.* quia ad ejus perfectionem solus consensus sufficit *l. 2. §. 1. ff. b. t. l. 1. §. 2. ff. derer. permitt.* hinc autem dantur quædam exceptiones *1. si emptio venditio in scriptura consistit id est si hoc actum sit inter contrahentes, ut contractus in scripturam redigeretur, nec ante hunc actum pro perfecto haberetur contractus inp. Inst. de empt. & vend. & l. 17. C. de fide instrum. 2. In emptione conditionali l. 7. inp. ff. b. t. & l. 8. ff. de peric. & comm. rei vend. 3. In rebus quæ pondere, numero & mensura constant, ut frumento, vino, oleo, argento l. 35. §. 5. ff. b. t.* *De re acquirenda à venditore: certo pretio quod ab emptore venditori datur pro re vendita.*

I V.

Ex Definitione manifeste patet, hæc tria esse substantialia, requisita Emptionis venditionis; nempe *consensum, mercem, & premium: consensui* maxime contrarius est *vis, metus, & error* si autem per vim aut metum contractus initus sit, ipso jure quidem subsistit, sed tamen à prætore rescinditur *l. 1. C. de rescind. vend. & arg. l. 1. ff. quod met. causa.* Contrarium obtinet in *errore*, qui aliquando contractum reddit nullum: Ratio hæc videtur esse, quia is, qui metu contrahit, consensum adhibet. *l. 21. §. 5. ff. quod met. Caus.* sed qui errore contrahit, non videtur conlentere *l. 116. §. 2. ff. de R. f.* ut & in *l. 15. ff. de jurisd.* Julianus scribit, *non consentiunt qui errant: quid enim tam contrarium consensui est, quam error, qui imperitiā detegit?* de errore autem notandum est, quod vel erratur circa *personam* & emptio nulla est *l. 9. inp. ff. de Hered. Inst.* vel circa *rem*: si circa rei nomen erratum sit, emptio subsistit, modo de corpore constet. *l. 9. §. 1. ff. b. t.* si ergo in corpore erratum

6 DISPUTATIO JURIDICA

erratum sit, ut si putem me emere fundum Cornelianum, tu mihi te vendere Sempronianum putas; Emptio nulla est l. 9. *inp. ff. b. t.* vel ultimo erratur circa *substantiam* & distinguendum est, an in tota substantia erratum sit, ut puta si æs pro auro veneat, plumbum pro argento, nulla intelligitur venditio, d. l. 9. §. fin. *ff. b. t.* & l. 41. §. 1. *eod.* quoniam in materia erratum est, si vero in aliqua parte erratum sit, id est si aliquid venditæ substantiæ habeat, valet venditio, l. 14. *ff. b. t.*

V.

Objectum seu secundum substantiale requisitum emptionis sunt res non tantum Corporales; verum etiam Incorporales, mobiles & Immobiles; animatæ & Inanimatae, præsentes & futuræ, ita ut rei vocabulum late hic sumatur pro omni re, quam quis habere vel possidere vel persequi potest l. 34. §. 1. *ff. b. t.* emi possunt fructus & partus futurus l. 8. *inp. ff. b. t.* sine re quoque venditio intelligitur, veluti cum quasi alea emitur, ut captus piscium, avium, vel missilium, quia spei emptio est l. 8. §. 1. *ff. eod.* item rei alienæ venditio intelligitur l. 28. *ff. b. t.* ut & servitutis l. 80. §. 1. *ff. eod.*

V I.

Emi vendi non possunt res sacræ, sanctæ; religiosæ §. 5. *Inst. de empt. & vend.* l. 34. §. 1. *ff. b. t.* & l. 22. *ff. eod.* quia commercio hominum exemptæ sunt §. 8. *Inst. de rer. Divis.* excepta causa redemptionis captivorum, famis, alendorum pauperum, item ad solvendum grande æs alienum l. 21. *C. de S. S. ecclæ.* liberi hominis nulla quoque intelligitur venditio l. 34. §. 2. & l. 70. *ff. b. t.* exceptio est in homine majori viginti annis, qui ad pretium participandum sese venundari passus est §. 4. *Inst. de jur. person.* etiam in patre exceptio est, qui filios sanguinolentos ob nimiam paupertatem egestatemque victus causa poterat vendere l. 1. & 2. *C. de patrib. qui fil. dist.* veneni mali nulla quoque

con-

contrahitur venditio l. 35. §. 2. ff. b. t. non possumus etiam Barbaris gladios, loricas, scuta, arcus, sagittas vel alterius cuiuscunque generis arma vendere, nisi sub pena capitali & amissione omnium bonorum l. 2. C. quare res export. non deb. nulla denique contracta intelligitur venditio earum rerum, quae nunquam fuerunt in rerum natura, vel nunquam erunt, vel esse desierunt, ut Hypocentaurus, homines mortui arg. §. 1. Inst. de inutil. stipul. & l. 15. imp. ff. b. t.

VII.

Tertium substantiale requisitum est pretium l. 72. ff. b. t. quo deficiente, deficit quoque contractus, l. 2. §. 2. ff. b. t. In pretio autem requiritur ut sit certum §. 1. Inst. de empt. & vend. quanquam pretium respectu contrahentium aliquando incertum esse possit, re vera tamen certum definitumque esse debet, quale exemplum habemus in l. 7. §. 1. ff. b. t. emptio, *quanti tu eum emisti, quantum pretii in arca habeo*, valet; quia pretium non tam incertum est, quam quidem ignoratur, quanti emptus sit, atqui tamdiu imperfecta habetur emptio, quamdiu pretium incertum sit & inde nulla nascitur obligatio: Denique pretium consistere debet in pecunia numerata §. 2. Inst. de empt. & vend. atqui sic ex dictis jam emergere videntur differentiae inter emptionem & permutationem 1. In emptione & venditione datur pretium pro re, in permutatione res pro re l. 1. ff. b. t. 2. In emptione constat quis sit emptor & quis sit vendor, in permutatione illud decerni haud potest l. 1. Imp. ff. de rer. permit. 3. Emptio solo consensu perficitur, permutatione autem ex re tradita initium obligationi praebet l. 1. §. 2. ff. cod. 4. In emptione ante rem traditam non licet pénitire, in permutatione ante traditionem licet l. 3. C. de rer. perm. ut & plures aliae sunt differentiae.

VIII.

8 DISPUTATIO JURIDICA

VIII.

Exposito tertio emptionis substantiali requisito, transitum faciamus ad personas contrahentes, & primo contrahere possunt omnes illi, qui consentire possunt & liberam rerum suarum administrationem habent, quales etiam sunt medici qui ab ægroto & advocati qui à cliente emere possunt; à contrario furiosi emere non possunt, quia ipsis nullus est consensus, intermissionis autem tempore majores vigintiquinque annis recte contrahunt *l. 2. C. b. t.* nec pupilli sine tutorum auctoritate; quanquam vendor pupillo obligetur, pupillus tamen venditori non obligatur *l. 13. §. 29. ff. de aet. empt.* sic etiam venditio inter dominum & servum non valet, *l. 14. ff. de oblig. & aet.* nec inter patrem & filium *l. 2. ff. b. t.* quia pater & filius habentur pro una persona, exceptio tamen est in castrensi vel quasi castrensi peculio, quia in eo paterfamilias existimatur *l. 2. ff. ad Sct. Maced.* prohibentur quoque emere qui officii causa in provinciis degunt *l. 62. ff. b. t.* exacto vero officio nulla contrariatur ratio lunic. *§. 1. C. de contract. judic.* nec miles potest contrahere in ea provincia in qua militat *d. l. 62. ff. b. t.* quod non debet extendi ad tales res, quæ victus causa necessariæ sunt.

IX.

Emptio autem celebratur in scriptis vel sine scriptis *inp. Inst. de empt. & vend.* de qua emptione breviter habuimus in *theſ. 111. noſtra diſputationis* & secundo tam sub conditione quam pure contrahi potest *§. 4. Inst. eod.* modo conditio non sit turpis aut dishonesta & naturæ contractus contraria: tertio emptio contrahitur vel cum arrha vel sine arrha *d. princ. Inst. de empt. & vend.* arrha autem datur in signum emptionis contractæ vel contrahendæ, & ut evidenter probari possit, convenisse de pretio *l. 35. inp. ff. b. t.* & quarto emptio alia est publica, alia privata, publica

publica est quando hastâ positâ res aliqua voce præconis venditur, unde subhastatio.

X.

Contracta emptione & venditione videamus ad quem pertinet periculum rei venditæ & nondum traditæ, nos cum plerisque dicimus, quod periculum rei venditæ & nondum traditæ statim pertineat ad emptorem, quod probamus, primo innumeris legibus, & secundo maxima æquitate & ratione, ut per §. 3. *Inst. de empt. & vend. l. 7. 8. 10. ff. de peric. & comm. l. 1. & 4. C. eod.* & sic multis aliis in locis: secundo regula nostra quoque probatur æquitate & ratione, nam ille omne damnum sentire debet, qui est in mora, at emptor contracta emptione & soluto pretio est in mora, si rem venditam non petat, quam petere poterat; denique quem sequuntur commoda, eum quoque incommoda sequi necesse est *l. 10. ff. de R. J. emptorem sequi commoda docet d. §. 3. Inst. de empt. & vend. l. 7. ff. de peric. & comm. & l. 1. C. eod.* rursus certa regula est si res debita sine culpa debitoris perierit, debitorem eo interitu liberari, sed venditor est debitor.

X. I.

Ab hac probata regula quedam dantur exceptiones, quibus periculum rei venditæ venditoris est: 1. si res dolo & culpa venditoris perierit. §. 3. *Inst. de empt. & vend.* 2. Si custodiam usque ad rei traditionem in se suscepit *l. 1. inp. ff. de peric. & comm.* conventione enim dat legem contractus *l. 23. ff. de R. J.* 3. Si venditor fuerit in mora *l. 17. ff. eod. l. 4. ult. C. eod.* 4. In rebus que pondere, numero, mensura constant (veluti frumento, vino, oleo, argento) si ita contracta sit venditio, ut vinum prius degustetur, atqui sic dies degustationi adjetus

10 DISPUTATIO JURIDICA

Etus fuerit, tum periculum acoris vel mucoris ad venditorem pertinebit, dies enim degustationi praestitus meliorem conditionem emptoris facit l. 4. §. 1. ff. de peric. & comm. quod si per venditorem steterit, quo minus degustaretur, non tantum periculum acoris vel mucoris praestat ante praedictam degustationis diem, sed & post eam d. l. 4. in p. ff. eod. 5. Si emptor ad certam mensuram emerit l. 1. §. 1. ff. eod. nam non aliter perfecta censetur venditio, quam si admensa sint, l. 35. §. 5. ff. b. t. quod si jam impleta fuerit venditio, venditoris definit esse periculum d. l. 1. §. 1. ff. de peric. & comm. 6. In emptione Conditionali si defecerit conditio, nam tum nulla est venditio l. 37. ff. b. t. etiam pendente conditione periculum interitus ad venditorem pertinet, quod si res extat, licet deterior facta, periculum Emptoris est l. 8. in p. ff. de peric. & comm. quia existente conditione emptio pure contracta intelligitur arg. l. 12. §. 1. ff. qui potior. in pign. 7. Si emptio alterative fuerit facta, ve- luti est milbi emptus Stichus, aut Pamphilus cumque venditori sit potestas tradendi, quem velit, sic uno mortuo sive Sticho si- ve Pamphilo, periculum quoque venditoris erit l. 34. §. 6. ff. b. t. 8. Si res ante venditionem fuerit vitiosa l. 44. ff. b. t.

XII.

Hujus contractus quoque effectus est obligatio ita ut emptor venditori teneatur dare pretium & vendor emptori rem ut in Thes. 11. diximus & sic ex emptione oritur actio empti & venditi.
*Actio empti datur emptori adversus venditorem, ut solvatur pre-
tium, rem venditam tradat cum omni sua accessione.*


*Actio venditi datur venditori, adversus emptorem, ut solvat pre-
tium cum usuris à tempore moral. 13. §. 20. ff. de act. empt. & vend.*
 hinc jam magna oritur controversia, scilicet, an vendor præcise cogatur rem venditam tradere, cum tradendi facultatem habet: an vero liberetur præstando id quod interest, posterius affirmandum puto, propter l. 1. & l. 11. §. 9. l. 12. ff. de act. empt. l. 4. C. eod. deni-

INAUGURALIS. II

denique in omnibus faciendi obligationibus sufficit præstare id quod interest *l. 13, §. 1. ff. de re judic.* venditor autem tenetur ad factum.

Et sic finem huic Disputationi imponens benignum Lectorem oro, Rogo, ut quæ minus recte explicata sunt æquibonique faciat.

*Nihil est ab omni
parte beatum.*



216 COROL-

COROLLARIA.

I.

Filius familiæ non potest testari de adventio pleno, de quo Pater nec proprietatem habet nec usumfructum.

II.

*Causæ ex hæredationis expressa in Nov.
115. possunt extendi, ad graviores
vel aequæ graves.*

III.

Maritus est Dominus Dotis.

IV.

Contractus in testamento celebrari nequit.

F I N I S.